

Joachim Stockmann

**Rector Academiae Rostochiensis Joachimus Stockman Med. D. & Profess. Ad Exequias, Quas Filiolae desideratissimae, puellae suavissimae Margaretae ... vir Dn. M. Christianus Michael Pastor Jacobaeus Hodie hora prima paratas cupit, Omnes omnium ordinum Cives academicos amanter invitat : [P.P. sub Sigillo Rectoratus, anno 1650. 16. Ian.]**

Rostochii: Kilius, 1650


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770472583>

Druck Freier  Zugang



Stockman, J.,  
in  
M. M i c h a e l.  
Rostock, 1650.
















157.

RECTOR  
Academiae Rostochiensis  
JOACHIMUS STOCKMAN  
Med. D. & Profess.

*Ad Exequias,*  
Quas  
Filiolæ desideratissimæ, puellæ  
suavissimæ

MARGARETÆ.

*Reverendus & Clarissimus vir*  
DN. M. CHRISTIANUS MICHAEL  
Pastor Jacobæus

Hodie hora prima paratas cupit,  
*Omnes omnium ordinum Cives academicos*  
*amanter invitare.*



ROSTOCHII,  
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.  
ANNO M. DC. L.

203

28



122

RECTOR

Academicae Rostochiensis

IOACHIMUS STOCKMAN

Med. D. & Profell.

et Praeceptor

Quae

Filios delibetissimos, puellas

suavissimas

M A R G A R E T A

Reverendae C. Clarissimae viri

D. M. CHRISTIANUS MICHAEL

Pastor Jacobus

Hodie hora prima parvas cupit

Omnes omnium ordinum Clericorum

sanctae

1700




ROSTOCHII

THE WICLIFFI, Anno 1700

ANNO M. DC.







Ornelia Gracchorum mater, cum Campana matrona apud illam hospita, ornamenta sua pulcherrima seculi illius ei ostenderet, traxit eam sermone, quousq; è schola redirent liberi, & Hæc, inquit, ornamenta mea sunt.

Parentibus ingenuæ indolis & bonæ spei liberos, pulcherrima ornamenta esse, quis negabit? Ea; quôvis ornatu, *quibusvis vestibus*, aulæis, tapetis, & peristromatibus sive Attalicis, Babylonis, Assyriis *potiora*? quibusvis picturis & statuis *elegantiora*? Sive Zeuxis, Timanthis, Parrhasii, Apellis penicillo tersissimè expressis; Sive Polycteti, Phidiæ, Praxitelis, Lysippi cælo affabrè ad unguem factis,

Quineriam auro gemmisq; micantibus annulis, armillis, torquibus, stalagmiis & quibuscunq; thesauris *potiora* sunt hæc ipsa ornamenta.



Quod si enim vel ex artificis celebriori nomine & insigniore ipso artificio quacumq; jam dicta *κειμήλια* æstimaveris, nihil liberorum æstimatione detrahes, qui summi artificis, nullis talentis comparabile donum & summum sunt artificium. Etenim homo cujus similis propago sunt liberi *παληγοπέτης φύσεως πύλασμα* passim vocatur, tale scilicet artificium, in quo elaborando & perficiendo omnes suas vires conferre & consumere ausa sit prodiga natura; passim etiam totius mundi epitome, parvusq; mundus merito appellatur.

Quis igitur si tanta est liberorum jactura, quis distitebitur satis sufficientes causas habere parentes, quod doleant, toties, quoties illis ex amplexu & oculis subducuntur quovis obryzo auro & quibuscumq; quocumq; splendore lucidis gemmis pretiosiores liberi, siquidem de levissima amissa recula si conquerantur alii, iis vitio non vertitur: & insuper efficaces admodum parentum animis insitæ sunt *εργασίαι* & tam ardens amoris in liberos affectus, ut fieri haud possit, quin suspiriis & lacrymis sese prodat imo pectore clausum, ex desideratissimorum pignorum obitu ortum cordolium,

Sed sic ita, parentes mœstissimi, luctus causas



fas vobis esse plures, si tamen, quod meritò faci-  
tis, quid cum filiolo vestro nuper, & nunc cum  
filiolâ vestrâ actum sit, piè & Christianè perpen-  
deritis, non potestis non dicere: dominus omnia  
benè fecit, non potestis illis de felici ex hoc mun-  
di ergastulo in æternam patriam emigratione  
non gratulari. Hic quæ nos premunt miseriæ  
omnium oculis expositæ sunt, & majora indies  
metuimus mala, nec quis demum finis futurus  
sit, prospicimus. Illuc autem qui penetrarunt,  
positi sunt extra motum in quiete, extra turbas  
in tranquillitate, extra miseriam in beatitudine.  
Et videtur sanè flos teneræ ætatis antequam sese  
foliis plenius expandat, & perfectam maturita-  
tem assequatur, præmaturius decerpi singulari  
consilio id curante, eo, qui vitam necemq; ho-  
minum suo arbitrio dispensat. Enimverò sicuti  
aureum vasculum non patimur per mediam su-  
pellectilem culinariam aut detineri diu, aut pro-  
letariis usibus prostitui, sed protinus tuto loco  
à cætero minore censu separamus; Ita puras nul-  
lis neq; pretiosissimis vasculis contra æstiman-  
das infantiles animas, supremum numen non  
sinit diu terrenis impuritatibus defœdari, sed  
procul inquinamentis, procul periculis, pro-  
cul negotiis infert in securum thesaurarium.



ubi neque siccitate, neque æruginè arrodi,  
unde nec vi, nec dolo auferri possunt, ubi tu-  
tissima est felicitas & felicissima commoratio.  
Eò etiã translata est *maragitis* nostra MARGA-  
RETA, nata anno 1643. 27. Julij inter 10. & 11.  
antemeridianam. Patrem habuit virum Reve-  
rendum & Clarissimum DN. M. CHRISTIA-  
NUM MICHAELEM, Pastorem Ecclesiæ  
Jacobæ meritissimum & Reverendi Ministerij  
Seniorem gravissimum. Matrem fæminam exi-  
miis virtutibus matronalibus decoratam, WEN-  
DULAM Eggers / viri integerrimi JOACHIMI  
Eggers & ANNÆ Korffs / quæ Clariss. DN M. JO-  
HANNEM CORFINIUM fratrem olim ha-  
buit, filiam. Avus Paternus ei fuit vir honestæ fa-  
mæ GREGORIUS MICHAEL, qui sartor & se-  
ricarum mercium institor olim vixit *Sueti* in  
Marchia quod (ut id p. d. Dn. Parenti ex amo-  
re erga patriam hic ascribere placuit) est oppi-  
dū ad ripam viadri sitū, fuitq; ante annos non ita  
multos perillustris Dn. Dn MARTINI ab *Höene-  
stein* Comitibus ordinis Teutonicis Johannitarum  
Magistri insigni arce sedes, nunc in dotalitium  
cessit Electoralis Domus Brandenburgicæ Dni.  
viduis. Inclaruit expeditione bellica in Germa-  
niam GUSTAVI M, Sveciæ Regis perennis  
memo-



memoria, qui & arcem & oppidum castris cin-  
xit contra Tyllium, ponte etiam gemino trans  
fluvium ducto. Avia paterna MARGARETHA  
Seefelds / matrona piissima, quæ ante biennium  
apud nos, dum 77. annos compleverat, piè de-  
functa, ex viro integerrimo CHRISTIANO  
Seefelden / primùm templi apud Suetenses præ-  
fecto, postea verò ab iisdem in ordinem Senato-  
rium cooptato, & ex honestissima Matrona  
GERTRUD Kadebands / 67. annorum, cum  
moreretur, factâ, oriunda. Avus Maternus fuit  
JOACHIMUS Eggers / civis quondam pri-  
marius literat9 & cerevisiarius Rostochiensis. A-  
via Materna, supra jâ dicta, ANNA CORFINIA,  
fæmina dum viveret, virtutum ornamentis con-  
spicua. Hisce parentibus & majoribus p. d. nostra  
MARGARETA ortum suum debet, cum  
verò illa membrum ecclesiæ triumphantis fieri  
non posset, nisi hic fuisset membrum Ecclesiæ  
militantis, eidem per baptismi sacramentum tri-  
duo post suam nativitatem immatriculata &  
postea à parentibus ita benè & piè educata est,  
ut etiam instar avis domesticæ sonorâ & suavi  
sua voce parentes, haud parum sæpè numero  
potuerit exhilarare, dum catechismum, psalmos  
selectos, dicta, preculas ad mensam vel in Arato  
reci-



recitaret, vel caput ex bibliis, aut libro orationum, benedictionem matutinam aut vespertinam legeret. Demum unâ cum fraterculo suo 7 Januarij decumbere cæpit, ubi quidem varioli in extimâ cute apparuerunt, sed tandem accedente hæmorrhagia disparuerunt, ita exspiravit, & animulam suam ei, à quò acceperat, placidè reddidit, 11. Jan.


Cæterùm exanime corpusculum bellissimæ defunctæ puellulæ, quia in acerbissimo luctu constituti parentes hodie horâ primâ in æde Jacobæa terræ mandare constituerunt, Cives Academicos omnium ordinum, Dnn. Professores, Doctores, Ecclesiæ sacerdotes, Nobilissimos Studiosos Juvenes peramanter invitamus & hortamur, ut spectabili suâ præsentia funebres hæc exequias ornare dignentur, Deo incolumitatem & salutem utriusq; Reipubl. totiusq; provincie commendaturi, suæq; mortalitatis fatalem horam meditari.

P. P. sub Sigillo Rectoratus, anno 1650.

16. Jan.

*Conventus fiet in templo Jacobæo ad horam*


*primam.*






















memoriae, qui & arcem  
xit contra Tyllium, pon  
fluvium ducto, Avia pater  
Seefelds / matrona piissim  
apud nos, dum 77. annos  
functa, ex viro integerrim  
Seefelden / primùm templ  
fecto, postea verò ab isden  
rium cooptaro, & ex ho  
GERTRUD Kadeband  
moreretur, factâ, oriunda  
JOACHIMUS Eggers /  
marius literat9 & cerevisia  
via Materna, supra jâ dicta,  
famina dum viveret, virtut  
spicua. Hisce parentibus & n  
MARGARETA ortum  
verò illa membrum eccles  
non posset, nisi hic fuisset  
militantis, eidem per baptis  
duo post suam nativitatem  
postea à parentibus ita ben  
ut etiam instar avis domest  
sua voce parentes, haud p  
potuerit exhilarare, dum cat  
selectos, dicta, preculas ad m

in castris cin-  
emino trans  
GARETHA  
e biennium  
rat, piè de-  
STIANO  
tenses præ-  
em Senato-  
Matrona  
orum, cum  
aternus fuit  
ndam pri-  
chientis. A-  
DRFINIA,  
nentis con-  
p. d. nostra  
et, cum  
nantis fieri  
Ecclesie  
ntum tri-  
culata &  
ducata est,  
â & suavi  
numero  
in Arato  
reci-

